

A est abstracta, & hoc est, quod plerumq; Cōmen. solet dicere in illo. i. 2. loquēs de primo motore, & prima forma, & primo fine, quae eadē sunt subiecto, quod in nulla oīno est materia, & quod nullo modo est in corpore, etenim anima etiam apud Arabes dicit formā coniunctā corpori unde Auer. in 2. sua Meta. ca. 1. anima dicitur pro quāto mediāte motu si gationē habet cum corpore quo mouet illud, si autē fuerit substantia separata oīno uocatur intelligentia. & Auer. in. 8. Phy. cō. 1. Principiū mouēs de rebus motis est, sicut anima de rebus uiuis. Dico igitur q̄ secundū Auer. motus cōelī, p̄ toto mundo superiori fumēdo cōelū potest cōsiderari duppliciter, & quo ad hoc, q̄ ille motus est in tēpore, & secundū q̄ motus illi particulares sunt habētes determinatas mēsuras adinūcē in uelocitate, & tarditate, & sic pueniunt à motore efficiēte motū, qui est prima forma, ut mouet, ut efficiens primū orbē, & oēs alios qui sunt sub eo motu diuino, & oēs alii motores qui sub eadē rōne mouēt sua mobilia motibus p̄priis. Vnde falsum est quod dicit Grego. quod primus motor respectu aliorū orbū qui sunt sub orbē stellato cōcurrat, ut finis, immo etiā cōcurrit, ut efficiēs, pro quāto oēs mouet motu diuino. Et quā oēs intelligentiā sunt finiti uigoris, hinc est q̄ oēs mouent, ut efficiens finito respectu in uelocitate motionis, & nulla mouet in instāti, & quā oēs, ut sic sunt applicatē p̄priis mobilibus, oēs dicuntur anima respectu sui orbis, uel quia formalit̄ inhāret p̄ter primū motore, ut uidet sentire Alex. uel secundū q̄ ego puro in uia Auer. oēs intelligentiā hnt̄ p̄priū orbē, & illē, ut sic dicuntur anima. prima autē intelligentiā, licet imediāte respiciat primū orbē, quia tñ etiā mediāte illo respiciat oēs alios orbēs, potest dici forma abstracta, & separata, quia est forma cōis & uilis, & licet ut mouet, potest dici aīa cōelī, tñ ut est cā finalis ab oibus desiderata sic est forma sepata, quā ut sic nō potius respicit unū, q̄ reliquū, & ut est cā infinitatis in duratiōe, unde est q̄ motus cōelī taliter sumptū, sit infinitus in duratiōe, hoc principaliter depēdet à primo fine, & nō à particularibus finibus, unde si p̄ impole nō esset iste finis cōis in actū, nō esset motus aeterno tēp̄ simpliciter, licet igitur quelibet intelligentiā in cōsiderata moueat, ut efficiēs, & moueat ut finis, tñ finis uilis, qui est idē cū primo motore, est qui primo largit̄ sempiternitatē motus, & nō sunt fines particulares q̄ sunt sub illo, & ideo alius est motor qui largitur simpliciter sempiternitatē, & alii sunt motores à quibus p̄ducuntur motus, p̄prii in p̄priis orbibus, licet idē sit motor qui mouet totū cōelū motu diuino. Et per hoc patet solō ad obiectā Gregorī. Ad primū quidē dicitur, q̄ nō est cōtradictiō in Auer. quia in primo cap. de Substantia orbis, in uelut contra Auer. qui ponebat in corpore cōelēsti in unoquoq; orbe animā imaginatiuā, q̄ erat de numero animarū sensitiuarū, quae existit in materia, à qua effectiue p̄ducitur motus, sed intelligentiā solū mouebat in rōne finis, & si ita esset tūc mouere cōelī esset finitiū sicut in istis quae sunt hic, quia talis aīa à qua mouetur, cū sit forma in materia mouetur p̄ accidēs, & quod mouet qm̄ mouet impole est, ut inquit, ut sit principii motus eterni, unde parum infra inquit. & quod dicit incipietes philosphorū, q̄ anima istorū corporū cōelēstū sunt forma materis. s. quae in materia acgrat aeternitatē ex formis in materialibus, nihil est, cōtingit. n. q̄ illud quod nō habet naturam effendi aeternā acquirat aeternitatē ab alio, ubi manifeste inuehit cōtra Auer. & sequaces, sed hoc nō sequitur in uia eius, quia alia intelligentiā à primā mouent, à prima tanquā à fine uli, & cōi, quae oēs amāt & appetunt, & est finis femp̄ actū mouēs illas ad finē desideratū, & ipse uirtutes appetentes nō sunt formae in materia ex se possibilēs, & ab alio acquirētēs necessitatē effendi, sicut sequitur contra Auer. & ista est rō diuersitatis natura oēs intēdunt primam, & agunt p̄ter primā, sicut actiōnes seruorū sunt p̄p̄ dñm, ut dicit. i. 2. Meta. cō. 44. ubi formalit̄ rōrū ad istam obiectiōnē motū per ipsum ante Gregorū. Et p̄ hoc patet solō ad sequēs argumētū, nā licet quelibet intelligentiā respectu sui motus p̄prii sit mouēs, ut finis, p̄xi mus, & ut agēs, oēs tñ mouent p̄ primū finē principalit̄, quae primo appetit, & à quo p̄ueniuntur, qui est cā quare cō-

terā sempiterno tēpore mouent, unde sine dubio cōelū est animatū p̄pter appetitū, & motū, ut dicit Cōmen. in. 1. cap. de Substantia orbis. ubi dicit, & nō fuit dīctum cōelū habere animā, nisi p̄pter appetitū existētem in eo, & motū locale, appetitus autē qui est in hoc corpore, non est nisi quia corpus cōelēste est unū p̄ se, appetens per se nō p̄pter potentia existētē in eo diuisibile ad diuisionē suā, esset enim generalis, & corruptibile. Pro quo aduertē q̄ ubi est appetitus, ibi est potentia appetens, & est obiectū appetibile, tales autē uirtutes sunt intelligentiā inferiores appropriatā p̄priis orbibus quae mouētū p̄pter appetitū ad aliquid nobilius ipsis, & istud est primū appetibile, quod est primum, & summū bonū, & primus finis, & iste est qui largitur perpetuitatē motus ceteris orbibus, & hoc clare elicitur ex uerbis Auer. in penult. ca. libri de Substantia orbis, ubi ita scribit ad literam. Et cū cōsiderauit in istis uirtutibus declaratū fuit ipsi, ipsam esse uirtutē appetitiuā de uirtutibus animae tñ, & cū cōsiderauit de istis uirtutibus appetitiuis cōelēstibus inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipsis, & cum cōsideratū in uirtutibus appetitiuis cōelēstibus inuenit eas esse finitatum potentiarū, & cū cōsiderauit in continuatione motus cōelū, fuit declaratū, q̄ causa cōtinuationis motus earū non est ista uirtus qua mouetur, sed illud, quod largitur eius continuationē est aliquid appetibile, quia continuatio nō p̄uenit nisi à motore nō moto, sequitur q̄ illud mouēs, neq; est corpus, neq; potentia in corpore, & q̄ est intelligentia abstracta, & q̄ istud corpus cōelēste intelligit hanc intelligentiā, intelligere enim transtulit ipsam appetere ad illud. Vbi imaginatur Auer. q̄ cōelū sumptū pro oibus orbibus habentibus p̄prios motores, intelligit bonitatē primi motoris mouentis primū orbē stellatū fixatū, & ad talē intentionē in istis uirtutibus intelligentibus insurgit appetitus, & desiderii, ut perficiantur à primo, & summo bono. nam ut inquit Cōmē. i. 2. Meta. cō. 33. desiderii insequitur cognitionem, sicut umbra insequitur corpus, & quia desiderii in natura, & in intellectu totaliter separato semp̄ est ad nobilius: hinc est, q̄ iste uirtutes appetentes mouentur in rōne finis, à prima quae est nobilissima, & summa oīum perfectio. Et dubitabis hic, quia Cōmen. uult, q̄ prima intelligentiā q̄ est primum appetibile est causa cōtinuationis, & sempiternitatis motus, quia cōtinuatio est à motore nō moto. sed tunc secundū hoc uidetur, q̄ alia intelligentiā sunt motores moti, & hoc est falsum, quia qualibet forma linerata à materia, est motor nō motus, neq; per se, neq; per accidēs, ut dicit Cōmen. in. 5. Meta. cō. 2. Dicamus in uia eius, q̄ ois intelligentiā citra primam, ut supra allegauimus de mente eius. 8. Phy. cō. 32. dicitur motor motus per accidēs, non quia alie intelligentiā mouetur per accidēs ad motū sui subiecti, sicut est in formis cōstitutis in esse per subiectum: sed pro quanto accidit, q̄ orbis motus ab eis mouetur ab alio motore, alio motū, à motu causato à p̄prio motore, nam oēs orbēs planetarū mouentur motu diuino à primo motore mouētē primū mobile. Dicuntur etiā motores illi motū motū aequiuoco pro quāto motuati à primo intelligenti, & à primo appetibili, quod est realiter nobilius, & perfectius ipsis, unde Cōmē. i. 2. Meta. cō. 44. cōtra Auer. scribit in intelligentiis non est consecutio, neq; prouentus, nec actio, sed solū est cā, & causatū secundū q̄ intellectu est cā intelligentis. Primus igitur motor qui mouet orbē stellatū fixatū, & totū cōelū motu diuino, dicitur motor nullo modo motus, neq; p̄ se, neq; p̄ accidēs de nullo modo eorū, quae sunt mota p̄ accēs, nō enim mouetur ad motū sui subiecti, quia est forma separata. Nec dici potest moueri per accēs, quia finis orbis primo motus ab eo mouetur ab alio motore, imo nō mouet nisi ab ipso. Similiter nō dicitur primus motor moueri ab aliquo intelligibili, & appetibili, quod sit nobilius ipso, imo in eo simpliciter ista sunt eadē oibus modis intelligēs, & intellectū, & intellectio, & appetibile, & appetitus, & ideo iste motor primus utroq; modo cū sit in dēpendens ab alio dicitur motor nullo modo motus, & ideo, est causa continuationis, & uniformitatis, & sempiternitatis motus cōelī, & p̄pter istas rōnes dicitur motor separatus

Cōtra Grego. de Arimi.

B

Bob ad rō. Grego.

C

D
E
F
I
Solutio.
Quo p̄f. mus motor nullo modo sit motus.